22

De Theriaca Celestis reformata
et excerpta à Christiano Francisco
Paulini Pag. 45 – tractatus impres.
Francofurti ad Menum 1701 –

Classis prima

℞ Puls. squill. – ℥vi uel trochisatis ℥ij
Trochis. Viper. ℥vi
Serpent. Nostr. sil. pp. – ʒvi
Opij secund. metod. Langelot. correct.
et depur. – ʒi –
Myrhe singulari solute menstruo
non aceto – ʒ2
Croci cum menstruo uolatili, &
quidem Thomsonis medici Angl.
Celeberrimi extracti ʒ2

Classis secunda

Castorei cum alchali seu spiritu
alchoolisato ad mentem Wedelij
prof. Jenensis digesti ac extract.
ʒi.

Piperis longi ʒi –
Cinam. acut. ʒ3.
Calami aromat. ʒ1.5 –
Cassie lignee uere ʒ1.5

Costi leg.mi
Piperis albi
Nigri
Schenanti —
Spicę indicę
Stecad. Arab —
Zinzib. albi — } ā ʒ i.ß

Cardamomi — min —
Carpobalsami —
Cubebar. — } ā ʒ i

folij – / loco eius um. maij ʒ i.ß
Galangę min — ʒ i.ß
Caryophillorum ʒ i.ß
Maceris — — ʒ i.ß
Spicę celticę — ʒ i —
flor. ros. rub — ʒ i.

Hyperici —
Cent. min —
Calendulę — } ā ʒ i.

Hofstadius in sua farmacia Coelesti
addit fl. Balaust.m — ʒ i
Bach. iuniperi — ʒ i.ß
Lauri — ʒ 2
Paridis — ʒ i.ß —

Mirabul. Chebul.
Emblic.m | ā ʒ.i.

Herb. Card. benedicti
Dictami Cret.ci —
Galegę — —
Rutę Hortens.
Scordij Cretici
Nostratij
} ā ʒ3.

Hofstadius incitata Pari. addid
Melissę — ʒ.i.
Bettonicę ʒ.i.s.
Serpilij — ʒ.i.
Abrotani —
Camędrios —
Chamęritheos
Calaminte Mont.
Marubij —
Origani —
Polij cret.ci —
} ā ʒ.i.

Rorismar. —
Saluię min.s
Scabiosę —
Maioranę
} ā ʒ i —

Mari ueri — ʒ.i.s.

Hofstadius addit

Rorelle —
Veronicę — } ā ℥ vi

Ligni aloes lumosi ʒ 2

asphalti —
santalcin } ā ʒ 2

Minore pondere ac ab alijs factum est
nec adebantur quo magis alcalisatę
partes evacuabro coment

Hofstadius addit

sassafras — ʒ. i.

Rad. angelicę
Zedoarię } ā ʒ 3.

Arist. rotundę verę ʒ 2

Cardopat. —
Dictamni albi —
Gentianę albę
Imperatorię —
Petasitidis —
Pimpinellę —
Scorzonerę —
Serpentarię —
Succisę seu mors. diab. —
Tormentillę —
Valerianę —
Vincetoxici — } ā ʒ 2

Aristolog. longe —
Assari ———
Ciceri rotundi —
Contrayervae —
Cuciatae ———
Enulae campanae —
Iridis Florent —
Mari ———
Pentaphylli ——
Phu pontici —
Rhabarb. fl. et elt.

ad ʒ.i.

Hortadius addit
Doronic. ʒ.i —
Peoniae — ʒ.i.
Agarici elect. troch. — ʒ.i.
Semin. burniadis dilinasi ʒ.i.
Card. bened.
Citri excort. —

a ʒ 3

Aquilegiae ———
Ammeos —
Ammonii valeri.
Anis torrefacti —
Dauci cretici —
Hyperici —

ad ʒ.i.

Semin. Petros. maced.
Nostrati
Rute
Seseli sive Siler mont.
Dauci sive nastalb.
} a ʒ. i.

Hofradius addit
Cochleariæ
Maioranæ
Violariæ
} a ʒ. ß. —

Tertia Classis

Comprehendit salubilia diversis menstr. appropriatis extr. —
Succi liquir. — ℥ ʒ.
Olibani in gran. ʒ i. ß. —
Succi acaciæ — ʒ. i.
Hypocistid.
Sagapeni
Sandrac.
} a ʒ i.
Gummi Asphalt.
Galbani
Mastich.
Opopanacis
} a ʒ i. ß.

Hec Gummi minore quantitate, ac ante factum est adhibita nec non singulari menstruo soluta fuere —

Camphore oleo dest. associate ℈ij

Quarta Classis

Continet pulveres —

Terre sig. Silesiæ ℈i.ß.

C.C. ph. pp. — ℈i.

Gummi arab. ℈i.

Classis Quinta

Olei nucis musc. — } a ℈i.

Resin. styracis — }

Classis Sexta —

Olei cariophilor. dest. ℈i.ß.

Nuc. musc. dest. ℈i.

Succini — ℈ß —

Hoffstadius addit

Ol. cinam. }

Macis — } a ʒij —

Anethi — }

Spir. therebent. ℈i.ß.

Vitrioli — ℈i.

Septima Classis

Bals. Peruuiani ℈i.ß. in menstruo quodam uol. et oleoso soluti ʒ3. —

Hofstadius addit
Spir. bezoart. Bussi (descriptio videat. huius Spir. Dec. Germ. Anno 3. dec. iij Obser. 149

Hec omnia ab Hofstadio exactissime extracta, pulverizata, expressa, destilata que fuere, ita quidem ut cohobatio in hac operatione non toties ut ab alijs factum repetita fuerit; hoc enim modo particule volatiles melius in quiete retinebantur, et sal volatile non ita libere avolare poterat. Nam in quibusdam simplicibus parti cularum agitatio admodum exigua est, et non nisi modica portio avolat et in aerem defertur, in alijs vero motus particularum est citissimus in hac ergo praeparatione omnia diligentissime miscebantur magno heterogeneor. secessu. Donec illa Theriaca ~~[illegible]~~ benedicta ad melleam consistentiam redacta fuerat et sic hec per metamorphosin in Celestem mutabatur, et quidem per additionem Sequentium —

Serpent. prepar — ℈i.ß.
Coral rub. — ℈i.ß.
Marr. perl. — ℈2
Ocul 69. fluu. ℈2
Perl. Or. Chirr. pr. ℈2
Lapid. Chrisolit. —
Granat. —
Hyacint. —
Rubin. —
Smaragd —
} a ℈ ʒij.
Salis coral. rub. —
Marr. perl —
Margh. Or —
Ocul 69 —
} a ʒij.
Bezoart. miner. —
Anim —
} a ℈.ß. —
Salrede — C.C. ℈.ß —
Specif. cephal. mich. ℥ i.
Hofstadius addit
Specif. Stom. Poter. ʒij
Lap. bezar Or. —
Occident
} a ℈.ß.
Mag. solub — seu pr. E. coral. ʒij.
matris perlar — ʒij

Mag. solub. sine ☿ ... march. ♂r
Ocul. ♋ — | ad ℥ij.

Mag. solub. Krisolith.
Rubin. —
Granat. —
Hiacint. —
Smaragd. — | ad ℥i.

Hofstadius loco cit. addit
Pulv. anglic. Comit. de Kent
Catolici franci — —
Cordial. Prec. Wardhum... | ad ℥ij

Sal. vol. C.C.
Tartari | ad ℥.ß.

Succini —
Cochleariæ — | ad ℥.ß.

Hofstadius addit
Salis epilepici —
Chocleariæ —
Petroselini
Vngulalis
Viperar. — | ad ℥.ß.

Hec salia ad mentem Celeberrimi
D. Wedelij eliciuntur, cum alia
non pauca ab inclito Auttore

sagaci mentis atque providissimoque
calamo sunt de hisce exarata
Ignis tandem attendas gradus:
nam hisce variatis variat. effectus
Adde porro
Cornu alcis Phil. pt. ℥i ß.
Oss. de Cord Cervi
Terrae sig. turcicae | ana ℥i ß.
Selesiacae
Vnicornu foss. ℥ij —
Veri anim. ℥ij —
Ambrae Grisae —
Liquidae — | ana ℥i ß.
Hafstadius addit
Cran. hum. filos. calc. ℥ij.
M. S. A. satis peritis, et exercitatis
notam —

Præparationem, et mixtionem uberius
Ostendit – §. 1.

Vidisti, B. L., è triplici nostro regno nobilio:ra, et selectiora quæque ingredientia ad Conficiendam Theriacam cœlestem reforma:tam Greifianam, Dobrenianam, Herzanam, nec non Hoffstadianam; ut verò præparation[e] et mixtionem huius uberius, et accuratius videas, ipsis peritissimi Reformatoris verbis Rogetam. Nam gratius ex ipso fonte bibun:tur aquæ –

§. 2.

Sumantur ergò pulpæ Scillæ, aut Loco eius troch. de Scilla s. q. modo grosso pulveris per se infund. menstruo quodam ex spirit. vini rectificatissimo, accedente sale alca:lico manifesto, ut menstruum à phlegmate probe depuret. et penetrantiores acquirat vires – . –

§. 3.

Trochisci viperar. simili modo ad pulv. red:acti, proprio menstruo infunduntur, quæ fusio bis, terque reiteranda, prout notum est.

§. 4.

Serpentes nostri filosofice sunt preparandi, secundum metodum Chemicorum ut à ve=
nenata malignitate liberentur —.
Pulpa alij cum menstruo aliquo peculiari
extraenda . . — . — . —

§_5_

Opium iuxta metodum Eccelentissimi Chi=
miatri, et Archiatri Holsatici - Dn. Langelotti
Corrigendum, et depurandum, ad consistentiam
mellis inspissati. Tantum eius sumitur quantum
ad basim constituendam sufficit. — . —.

§_6_

Myrrha selecta non aceto sicut alij volunt
sed singulari itidem quodam menstruo, ad dis=
=solvendas partes resinosas idoneo —

§_7_

Crocus optimus, et orientalis menstruo volatili
et quidem metodo Thomsonis, medici Anglici
celeberrimi extrahendus, sique aut ter infu=
sio reiteranda, et in extractum molle redi=
genda — . —

§_8_

Castoreum spiritu alcalisato ad mentem
D. D. Wedelij prof. Jenens. Celeberrimi, et No=
bilissimi

=bilissimi dygestum extrahendum pondere dimid. pars croci sumenda est. ~.

§. 9.

Aromata varia sunt, et egregia medicamenta ex ijs elici possunt. Omnia autem sunt in pulverem mediocrem redigenda, tum menstruo aliquo spirituoso valdeque volatili ad extrahendas partes oleosas, eisque à corporibus suis liberandas, illendum, sed infusio sepius est repetenda. –

§. 10.

Vegetabilia, ut herbæ, flores, radices, ligna, semina, baccæ, unum, denique medium spirituosum habent. Sed singula seorsim extrahere oportet, ut eò melius particulæ oleosæ, resinosæ, et volatiles, quæ in quibusdam reperiuntur, elici, et ad actum deduci queant. –

§. 11.

Succi per se sunt infundendi menstruo quod ex Vino malvatico factum est. ~

§. 12.

Gummi similiter per se lento igne dissolvenda, sed in minori quantitate, quam antea à quibusdam Pharmacopæis dispensata fuerunt idque potissimum propter opium, cujus vires

aliàs –

aliis magis obtunderentur et supprimerentur

§. 13. -

Canfora per se spiritu Theriacali sive oleo quodam destillato, venit solvenda -

§. 14 -

Gumm. arabici, Corn. cervi: phil. Calcin., et terr. sigill. propter mucilaginem suam certo quoque menstruo indigent. - . -

§. 15.

Oleum nuc. moscat: lento igne solutum reliquis oleis destillatis secundum artem, et cautè immiscendum est, ob volatilitatem quam possidet — . —.

§. 16

Resina styracis oleoso quodam dissolvitur, commodè, quibus omnibus -

§. 17.

Olea destillata, et spiritus secundum artem farmaceuticam admiscentur -

§. 18 -

Balsamum Peruvianum, seu indicum verum olei destillati probè dissolutum massae priori gradatim affundendum -

§. 19 -

Postquam peculiaribus et appropriatis menstruis cineres nobilissimas ex modo recensitis ingredientibus intra quatordecim dies extraxit, atque sub prelo fortissime expressit, tum iterum ejusdem generis liquorem superaffundit remanentijs, qui relinquendus per octiduum super illas hocq: ter repetendum est. –

§. 20.

Cum jam advenerunt omnes cineres probe extractæ, infusiones singulas per Chartam bibulam filtravit, et coniungendo coniunxit atque per arenam in Balneo Mariæ abstraxit ultra medietatem usque, spiritum vero destillatum volatilem rite custodivit, cujus residuum vitro inclusit, sed speciebus remanentibus sub prelo expressis, adhuc semel aquam Theriacalem affudit, et altero die per alembicum extraxit, hanc aquam seorsim mixturæ intermiscuit, residuum hujus in alembico iterum per cartam bibulam trajecit

§. 21. –

Et quia quædam sunt symplicia, quorum cineres spiritibus omnes extrahi non possunt Jdcirco flegma quoddam, ad præstandum

hoc

hoc postremò requiritur. Facta filtratione inspissantur ad consistentiam extracti molly quod spiritu abstracto Theriacali volatili iterum solvitur, filtratur, et solutioni antea factæ additur.

§ 22.

Tandem ex remanentibus speciebus, sive capite mortuo exsiccato inque cinerem redacto Lixivium, et ex hoc sal aliquod album, et Crystallinum parant, sed sine calcinatione, non solum impuritatem salis sed etiam multum virium eiusdem in auras evolare.

§. 23.

Absolutas itaque infusione, expressiones, Filtrationes, destillationes, inspissationes, solutione, et salificatione, tunc porrò laboriosâ operâ ad magnam redegit, qui non solum illos spiritus volatiles in minori copia, verum etiam aquam theriacalem, quam adhuc fortissimum odorem, et saporem habere deprehendit, et sal pariter addebat, licet eiusdem exigua esset portio.

§ 24.

Opium vero seorsim solutum secundum metodum chimicorum, inspissavit, et reliquo extracto adiunxit. Ceteras ingredientias secundum autem pharmaceuticam, similiter massæ addidit.. –..

§. 25.

Omnibus sic optime sibi invicem commixtis et agitatis facienda est massa mollior quam cum Quercetano, Gressio, et alijs teriacam benedictam vocamus. Ut igitur ex eâ Theriaca celestis paretur, sequentia sunt addenda. ~.~.

-§ 26-

Serpentes nostri recto tempore collecti et enecti in umbra exicandi sunt sine cute, capite, cauda, et intestinis. –

§ 27

Bezoardicum animale secundum Schroderum (g) vitè preparandum, et in subtilissimum pulverem redigendum ~

§. 28 –

Galveda Cornu cervi omitti, et in locum illius substitui potest C. C. filos. ℥. ∞

(g) Cap. 5. pag. 309.

§ 29

Specificum Cefalicum D. D. michaelis ex preparatis, et non ex magisterijs precipitantibus componendum, nihilominus ex Cinnabari antimonij sublimata —

§ 30.

Bezoar Oriental et Occidental pretiosissimus item magisteria solubilia, seu quinta essentia Corallorum, matris perlar.^{ll}, Ocul.^{c} perlar.^{ll} Orient.^{ll}, Crisolit., rubin., granat., smaragd., hyacinth. Menstruo singularissimo nempe sale seu balsamo terræ, et sulfure vegetabili preparanda, nec pretiosa hæc in caput mortuum redigantur, et ita uires excellentes obtineantur —

§ 31.

Salia volatilia Chemicè sublimanda, sunt autem sal volat. corn. cerv. tartar. succin., et Cochlear. Hæc omnia secundum metodum accerrimi Wedelij sunt preparanda. ~~~...

§. 32

Ossa de Corde Cervi, terra sigill. Siles., et turcica, unicornu fossile ac uerum in

subtilem

subtilem redigendas pulverem ...

§. 33.

Ambra grisea spiritu aliquo dissoluenda Waldschmidius (h.) vere dicit: ad horum omnium praeparationem, extractionem, et mixtionem singularis non solum requiritur farmacopaei industria, sed rara quoque in operando quaedam dexteritas, et scientia.

§. 34.

Hi ergo rite praeparati, et certa quadam ad magam iustam redacti, evadit exinde eroicum istud medicamentum, quod theriacam celestem, reformatam Hofstadianam uocamus. Quam secundâ uice auctiorem dispensavit Hanovia inque dupla quantitate anno 1693. uti ex tractatu eius germanico, sub rubro: Panacea Celestis Hofstadiana eod. anno in 8. edito prolixius uidebis. conf. Hofstad: diss: inaug. cit: l. s.

§. 35

Vides, quam prudenter, et scienter Theriaca est Hofstadiana proportionaliter e selectioribus alexifarmacis seu diaforeticis, et alcalibus, nimirum uegetabilibus, animalibus

=malibus, atque mineralibus componatur. Constat quoque e cordialibus quibusdam, aromaticisque, atque demum ex ossis, sane ob insignem sistendi, et hinc attemperandi, mini non negligendi, particula confecta Panaceæ — Nunc ergo non amplius in fato mortalium pro libitu Libitina atrox saevire potest in illius odium hæc nostra celestis medicina cœlitus demissa comparata est. Habet nunc medicina Hofstadiana, quod orco opponat, vixis inter morbos, et repugnanti naturæ rigorem componendis. Minus Lachesis spernit mascula hæc medicina, divino tamen adiuta benedictio=ne (Doleus L. a. c. 2. p. 33) ita enim est ut Heunnius dicebat. —

Ni Deus adfuerit, viresque, infuderit herbis quid rogo, dictamnus, quid Panacæa iuvant

§.36.

Nec est quod quis obiciat nobis tantam farragi=nem, si quidem exacta omnium, eâque=venia præparatione, mistione, digestione, atque deinceps quæ potissima est, et omne fert punctum, fermentatione, omnia tam apta elegantique commixtitudine

disponun=tur

disponuntur, ut veluti navij toni Suavesquè claves Musici vocati, in magno aliquo dicto organo musico flexanimam armoniam efficiunt, meloddiamque auribus insufflant: Paris ratione varia illa atque Simplicia medicamina Amice conspirant in unum, atque insigne hoc, et celeste componere Solent.

§ 37

Verius dixerim de ea quod quercetanus de Sua conservabitur longissimo tempore ita, ut durationis diuturnitate excedat ternam, vel cuiuslibet vivacissimi homi= nis ætatem, h. e. sine corruptione ulla perpetuò integris, valentibusq. viribus vigeat. Jmò quò antiquior, eo prestantior in Summo: hæ veræ sunt illæ Theria= cæ (Benedicta et Celestis) et alexiteria preciosa, et inestimabilia digna profectò, ut regibus et Potentibus offerantur, quorum utique preparatio longa est, ac difficilis, nec magisteriorum horum, quæ huic ultimæ adduntur, preparandorum ratio omnibus obvia est, sed magno ingenio, et solida eruditione preditis curis verisque filosofis

et

et Chemico medicis, quibus hæc arcana potissimum dedicare, ac conservare volui, reservantur. Cæteræ vero Turbæ et plebeculæ communi abunde iam alias satisfactum est, justicis, et acuicis de sola Hofstadiana nostra hæc prædicantur Theriaca ~~.—

Dosis

Adhibentur autem huius panaceæ tum præservationis, tum curationis gratiâ, statim à primo præservationis die, duo, tria, seu quatuor grana, contra quævis venena et omnes affectus, antea indicatos in forma pilulari, vel in Siruppo aliquo. Cuius dosim semel ad scrupul: sem: usque morbo sic exigente, augere potes,—

